UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Gemmæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…res Iſraeliticæ. 18. 7. Dauid & Iraelitæ. 2. *Sam.* 6. v. 5. 14. 15. Po… *Reg.* 1. v. 39. 40. 45. & 8. 66. 2. *Reg.* 11. 20. Dauid cum toto Iſ… *Paral.* 13. 8. & 29. 22. Hiram, 1. *Reg.* 5. 7. Leuitæ. 2. *Paral.* 5. …lus Iſraeliticus, 7. 10. Habitatores Ieruſalem. 20. 27. Populus … v. 12. 21. Populus à captiuitate redux, 1. *Eſd.* 6. 16. *Nehem.* 8. v. … 12. 42. 3. *Eſd.* 4. 67. & 9. *v.* 53. 54. Tobias ſenior & anna eius v… *Tob.* 11. v. 11. Bethuliani & Iſraelitæ *Iudith.* 15. *v.* 14. 15. & 16. *v.* 11. … Suſan. *Eſth.* 8. v. 15. Iudæi, v. 16. 17. Magi, *Matth.* 2.. Magdale… Maria, 28. 8. ſeptuaginta duo Diſcipuli. *Luc.* 1..17. Di… 24. 41. *Act.* 5. 41. & 13. 52. & 15. 3. *Io.* 20. 20. Samaria, *Act.* 8. v. 8. …puella, 12. 14. Cuſtos carceris. 16. 34. Paulus, 2. *Cor.* 7. *Ver.* 4. 7. …dem. v. 7.

¶ PROFANA EXEMPLA.

*Archimedes* inuenta permiſti auri atq; argenti ratione, è balneo …currit domum, clamans: εὕρηκα εὕρηκα, inueni, inueni.

…linearum curuarum tribus ſpeciebus inuentis, Deos pla… *P. Ramus lib* 1. *Proœmii Mathem.*

…*Cæſar* apud Inſulam Capreas, veterrimæ ilicis demiſſos … terram, languenteſq; ramos conualuiſſe aduentu ſuo, adeo … eſt: vt eas cum Republ. Neapolitanorum permutauerit, æ… *Sueton.*

…*tragicus* gaudere ſe aiebat, quod rem Veneream, ſicut … & rabiosum dominum, effugiſſet. *Idem.*

…*regem Spartanum Xenophon tradit*, cum locupleta… amicos, exultaſſe: qui interim pecuniam ipſe contemnebat. *Plu.* … *præcept. polit.*

*Nero Cæſar* obiit trigeſimo ſecundo ætatis anno, die quo quon… Octauiam interemerat: tantumque gaudium publice præ… vt plebs pileata tota vrbe diſcurreret: nimirum hoc indicio … ſibi libertatem ſignificans. *Sueton.*

Quantam putamus *Ariſtotelis* fuiſſe voluptatem, cum Alexan… Magni permiſſu ſolo æquatam excitauit patriam ſuam, ciueſq; … *Plut. contra Epicurum.*

*M. T. Cicero* ob Clodii inimicitiam in exilium actus: rediit Pom… & Lentulo Coſſ. tanta vrbis lætitia, vt quaſi auulſa ſedibus ſu… omnis ætas ordoque obuiam procederet. Quæ omnia ex … omnib. & pridie quam iret in exilium, & poſtquam rediit, li… deprehendere. *Theat. Zvving. fol.* 83.

# Gemmæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Gemmarum materia communis eſt aqua non pura: ſunt enim … naturæ opere producta, cui aquæ eſt immixtum ſubtile. *Albert. Mag.* 1. *de Miner. extract.* 1. *c.* 3. Gemma, omnis lapis … dicitur, ſiue pellucidus, ſiue obſcurus. Græc λίθος τίμιος. … *Hebr. Iekarah*, i, lapis politus vel eximius, à *Kara* vocauit, … nominatus fuit inclytus vel à *Karah*, politus fuit vt glaber & …

De Gemmis DIAL. XXXVII.
*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

Gemmarum fulgor & ſpecies delectant. R. Rerum fateor terre… & mortalium, vanitatis pars non vltima, exiguo in lapillo … magna claudentium, cuius precium inſtabile & incer… vndiq; varium, quod & ſola mercantium fama, & diuitum … credulitate dependeat, vnde diu ſpretæ inopinis preciis … , & gemmarum famoſiſſimæ ſubita premuntur infa… quibus notis erumpentibus non tam ipſis, de quibus a… quam in opinione hominum iſta callentium. Præ… illa prudentia, quæ neglecto cultu Dei atque animi … notitia, internoſcendis lapidum venis inuigilat. Sed ſic … Neq; nunc primum in precio ſunt, qui his pretia vafre fin… Vera enim precia vel nulla ſunt penitus, vel ignota, quam vero … vanitas, quam tremulum, quamque anceps iudicium i… artifices facile eſt iudicium, memoria repetentis id quod … accidit, vt perbreuem gemmam (carbunculus is erat) decem … aureorum ille vir fortunæ maioris, quam ingenii, cum e… ſe cunctatum fuiſſe iactabat, quod naturalem & com… modum fulgor excedens ſuſpicionem faceret, eius artifi… cuidam cuius conſilio vtebatur, non veram gemmã … vitreum aliquod, ſeu quiduis aliud in eam ſpeciem non na… genitum, ſed neſcio qua ſupernaturali & mira quadam confla… Quæ quidem hæſitatio, quid niſi confeſſio quædam erat vitrũ … pulchrius eſſe quam gemmam? quamuis forſan illa ſolidi… De hoc tamen ipſi iudicent, qui vel in hoc quæſtu pecunias a… honeſtius, vel in hoc cognitu meliorib. debitum tem… perdant. Quod ſi iſta cunctatio iuſta fuerit, quid hinc ſequatur … non videt? Quænam ſcilicet ambitio, & quanta ſit cæcitas non rei formam ac ſubſtantiam, ſed nudum nomen tanta mercede captantium? G. Nihil mihi gemmis eſt carius. R. Crede hercle non virtus, non fama, non patria, non vita ipſa (vtq; illa duo ſileam) quibus vobis nihil eſt vilius, duo hæc vltima, cumque his diuitias ingentes, & quicquid precioſiſſimum iudicatis vnius gemmæ precio, atque amori ſuccubuiſſe monſtrabo, & exilio illam, & inopia, & ſi ita res tuliſſet morte ſeruatam. Cui enim quæſo non eſt notum Nonii conſilium? Romanus hic Senator fuit Vir locupletiſſimus, gẽmam que habuit viginti millibus æſtimatam, gemmæ nomen Opalus. Mittit huc India, colorum pene omnium varietate præfulgidum. Huius fama excitatus, accenſuſque cupidine Antonius triumuir, homo omnium ſuperbiſſimus atque auariſſimus, & cui quicquid natura libitum, fortuna licitum feciſſet, cum iniuſto gemmæ deſiderio (vt fit crudele poſſeſſoris odium concepit, hinc in illo publico proſcriptionis incedio, quo tot patriæ lumina periere, Nonii nomẽ aſſurum cum reliquis, ob hoc vnum crimen quod formoſæ tyrannoque placitæ dominus rei eſſet, inſertum eſt. Ille autem, cui ponticus ſaltem fiber exemplo eſſet, vt pernicioſæ iactura ſarcinulæ libertatem redimeret ac ſalutem, illam ſibi (vt auguror) præſenti diſcrimine cariorem ſic amplexus aufugit, vt ea ſalua nulla ſibi vel patrimonii, vel patriæ cura eſſet, cum illa paratus exulare, & mendicare, & ad extremum mori. Quis non magni æſtimet, ad quam vir ſenatorius ſic affectus ſit? Et profecto fatendum alterum, aut magni pretii rem fuiſſe, aut parui animi poſſeſſorem. Sed qui horum verius vt diffiniam non expectas. Etſi autem huius ac reliquorum ſimile iudicium, ceu contagium animorum, late ſerpens vulgi mores infecerit, Magna tamen ingenia nec nummis delectari, nec omnino alia quam virtutis pulchritudine tangi decet, niſi vt per hæc breuia quæ delectãt oculos, experrecta mens in amorem ac deſiderium æternæ pulchritudinis rapiatur, quo de fonte quicquid eſt pulchrum prodit. G. Excellentibus gemmis allicior. R. Hanc excellentiam non natura fecit, ſed opinio, quæ apud quoſdam carbunculo palmam dedit, apud alios adamanti. Illa vulgo ac pleriſque gemmariis æui huius æſtimatio, iſta veteribus quibuſdam rerum ſcriptoribus probatur, ſecundum quos non modo gemmarum, ſed rerum omnium terrenarum precioſiſſimus adamas, Regum olim atque non omnium, ſed præcellentium gemma fuit, hodie quia nullius rei tantum & tam velox quam luxuriæ & ſuperbiæ incrementum eſt, multorum non regum etiam, eſſe cœpit, & iam plebis in digitos ſenſim venit. Huic proximam Indicam atque Arabicam margaritam locant, & huic itidem Smaragdum neſcio quidem qua ordinis iniuria. Nam ſi illorum rubor pallorque gratus eſt, cur non æque horum candor vigorque oculis blandiatur? Iuſtiorque nunc etiam Sapphiri querela, quo vix aliud terra parit cœlo ſimilius ſereno. Verum (vt dixi) furor hic hominum, non natura nobilitat, diuitum nugæ inanes atque ocioſorum fabulæ, qui facile iſta contemnerent ſi quo vnquam honeſtiore pacis aut belli negotio tenerentur. G. Fulgidæ animum mouent gemmæ, ſuauiter candidæ margaritæ. R. Mouent ais? imo ſternunt, calcant, molliunt, & eneruant. Qua de re ſi pergam virorum ac mulierum exempla congerere; non te doceam, ſed obtũdam. Vnum ex omnibus, & id maximum attingam, vt intelligas quam periculoſus iſte furor ſit infirmioribus animis, qui eminentiſſimos fortiſſimoſque peruaſerit. Magnus Pompeius continentiſſimus Romanorum ducum, horum dico nouiſſimorum, qui quantum magnitudine geſtarum rerum cæteris antecellunt, tantum modeſtia virorum vitæ frugalitate maioribus cedunt ſuis, victor ab Hiſpania, pacato rediens occidente, compreſſiſque prædonibus, & in viſum coactis locum, cui conuenarum nomen, ob hoc inditum, in ſæculum id durat, illic Pyrenæis in montibus locorum forſan aſperitate moleſtiam adiuuante, atq; ætatis victoriæque ſuperbiam compeſcente, maſculum trophæum puramque & rigidam ſui oris imaginem erexit, vere tunc magnus atque magnificus quamuis adoleſcens annis: moribus ſenex, maturuſq; animi. Idem poſtea captis piratis, & oriente perdomito, quaſi cum loco mutatus ac tempore, eſtq; alia parte orbis ipſe alius reuerſus, non militarem ſed fœmineum, ſeu diuinum potius in morem, vultus ſuos iam viriles, ac ſolito molliores, non ære fictos aut marmore, ſed inſuetis atq; exquiſitiſſimis margaritis in triumpho tulit. Exprobatio non leuis Eoi faſtus vnum in caput expoſiti, non ſiue inſultatione quadam victoris omnium populi atq; excuſatione principum ſequentium. Quid non enim à Tyrannis iam ſerua pareretur, quæ libera ciuis amantiſſimi talem hanc inſolentiã aſpexiſſet? Neque reliqua triumphi illius humilia magis aut ſobria, non arma & equi domitarum gentium (vt mos erat) non captiui memorantur, aut currus, aut phaleræ: quod viliſſimum in eo legimus, aurum fuit; gemmæ omnia & margaritæ. Inter multa alueus ingens ibi, & ingentium theſaurorum ordo bicolor, ita vt ſingulæ gemis è ſingulis conſtarent, & vaſa aurea, & veſtes, & ſtatuæ, quin & luna quædam ſolito ex auro immenſi ponderis lect.. auri, & coronæ plurimæ magnis & candidis margaritis intextæ. Deniq; mons aureus illic fuit, formæ illæ mirabiles in quadrũ ductæ, ceruis ac leonibus & figuris variis animantium frequens, nec non arboribus atq; omni pomorum genere conſitus, ramos aureos tegentibus margaritis montis in vertice, hiſdem ex rebus horologium artificio vbique vincente materiam, voluebatur, mirabile prorſus oſten-

tum hic

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tum his qui mirari inania didicerunt. G. At his rebus delector. R. Credo id quidem, teq; hunc triumphum & cupide ſpectaturum re-or & cupidius ducturum & cupidiſſime poſſeſſurum, id tibi paſſionati ſtatus animi ſuadet. Crede autem & tu mihi, hæc quæ viſum vſque adeo delectant, ſemper animæ, ſæpe corpori nocuerunt. Illius certe quem loquitur triumphantis gloriæ nil vnquam magis obſtuit, uon Theſſalicus dies, non Ægyptia calamitas, ibi enim fortunæ ſuccubuit non totus, hic vitio totus, ibi aliena vis aliena perfidia, hic ſua fragilitas; ſua fuit ambitio. Illic ergo potentiam & vitam, hic animi popularis, modeſtæq; inſignis, famam, magniſque laboribus partum magni nomen, imminuit. Mirum dictu tanto victorioſior contra Hiſpanos bellicoſam gentem, quam contra imbelles & inermes Aſiaticos apparuit, eoque mirabilius quod in ipſa quoque Aſia aliquamdiu integer atq; inuictus, cum ſe in templo Hieroſolymæ omnium opulentiſſimo vere erectum atq; abſtinentiſſimum præbuiſſet, ad vltimum vrgenti vitio non reſtitit, neque iam amplius vir ſingularis atque vnicus vt ſemper fuerat, ſed quaſi vnus ex multis captus, deiectuſq; eſt. Is gemmarum fulgor, ea vis margaritarum, idque auri pondus fuit. Vicerat iam ante pari prælio Alexandrum Aſia, ſed parum eſt vitiis victum ſuis vincere. Illud magnum viciſſe victorem ſui, poſt quem nullus ferme ducum ſtetit inter Aſiæ delicias, quæ in orbem Latium tranſuectæ veſtra vos in patria vicerunt. Nempe ſi fateri verum vultis, vbique gentium victores Aſiatica victoria victi eſtis: I nunc & amicas oculorum, animorum hoſtes, & victrices virorum fortium gemmas cole. G. Gemmis delector ardentibus. R. At hic variis, ille, pallentibus, multiplex appetitus, vna vanitas. Audiſti vt Pyrrho illi, qui cum Romanis bellum geſſit, Achates fuit lapis olim pretioſiſſimus hominum iudicio, Nunc eodem quo precia rebus fiunt, variante viliſſimus, in quo quidem ſpecies rerum diuerſarum repræſentari ſolere oculis: fama eſt, hominum, iumentorum, fluminum, nemorum, volucrum ferarumque nulla penitus manu artificis ſed naturæ: In illo ſane regio (vt Solini verbo vtar) non impreſſis ſed ingenitis figuris muſæ nouem & Apollo erat choreæ nobilis citharista, ſparſis ita nexiſque inuicem gemmæ notis, vt tot imaginum in tam paruo ſpacio vnaquæque ſuis diſcerneretur inſignibus, præclarus (vt res erāt) annulus, addiditque gratiæ regis nomen. Pluris enim fiunt res illuſtrium, ſed quid oro illi contulit Achates ſuus, an bello inuictum, an non dicam mortis non hoſtili gladio ſed ſaxo quod fœminea etiam torſit manus exemtum fecit? Quid inquam vel hunc in Pyrrho profuit habuiſſe? vel hoc nocuit caruiſſe Fabricio, Curioque quibus ille victus atque Italia pulſus eſt ducibus. Affirmare auſim neutri horum vnquam ſeſſurum animo fuiſſe, vt horrentem galeam rigidumque nec auro nec gemmis inſignem gladium, anulo regio permutaret. Sic mollia quæque deſpiciunt viri fortes. quomodo vero anulum regis ambirent. qui ſola virtutis fiducia regem ipſum & regias opes regnumque contempſerant? Contra autem vos animorum differentia cuncta miramini, & quaſi beatos factura concupiſcitis; virtus ſola contemnitur. Eſt & gemmæ alterius fama vetuſtior, quam Samiorum Tyrannus Polycrates habuit, ferunt fuiſſe Sardonychem. Is lapillus inter multa precioſa ditiſſimi hominis precioſiſſimus habitus, quamobrem qui nihil vnquam ſentiſſet aduerſi, palam obſequentis & clanculum inſidiantis fortunæ inuidiam placaturus, nauigio in altum prodit, annulumque ipſum in quo gemma erat manu propria demerſit. Vel ſic ſaltem ſemel doliturus in vita, viſus ſibi callide tranſegiſſe cum fortuna ſi tot lætis hoc vnum triſte penſaret. Illa vero nec falli facilis nec mulceri, mala bonis æqua lance componens, pluſculum exigebat pro diuturno fauore, breue quidem ſed prædurum, vt qui per omnem vitam feliciſſimus ſibi, atque aliis viſus eſſet, in morte miſerrimus videretur, eſſetque miſerrimus. Hinc vitiis, hinc ſuppliciis omnibus vnum caput vrgentibus. Itaque velut oblatum reſpuens (ô fortunæ ludos) piſce quodam internuntio, qui tunc ore anulum excipiens, captuſque illico menſæque eius appoſitus fuerat, anulum illi ſuum, non ſine quodam ſpectantium ſtupore, reſtituit. Eam gemmam multis poſt ſeculis Auguſtus Cæſar & precio tactus, & miraculo, inſertam aureæ coronæ ad ædem concordiæ dedicaſſe fertur. Hic rurſus interrogo, quid hoc vel tyranno profuit habuiſſe patriam affligenti, vel Pythagoræ obfuit caruiſſe communem ſibi cum illo patriam & domum propriam & amicos morum eius odio, relinquenti? Nempe tyrannus ille patibulo affixus omnium iudicio cū ſummum ſupplicium pateretur, maiore etiam dignus erat. Iſte philoſophus in pace obiēs pro Deo cultus, domus eius pro templo habita eſt. Tantum inter illius gemmam atque pallium interfuit. Neque vero ſeu Polycrati tunc Sardonyx ille ne morſu volucrum ſemeſus in cruce marceſſeret, ſeu modo Ioanni Galliarum regi ne acie victus in manus hoſtium deueniret, ſuus valuit præſtare carbunculus, quem die illa in digito eius inuentum ereptumque ſibi & poſt annos ab amico quodam orbe alio redemptum remiſſumque cernere fuit, ac tangere rem precii infiniti. Sed nullius efficaciæ, nulliuſque operæ, niſi cuius & reliquæ id genus. Gemmas enim lucidas non nego ne ſenſui contradicam. Nego vtiles, nego vllam vim habere, niſi illam, quæ vulgo etiam fertur. Poſſunt feras auarorum quoque diuitum confringere, atque arculas exhaurire. G. Vtcunque in precio ſunt gemmæ, hæque animum delectant. R. Atqui dementiæ ſummæ eſt multam curam rebus impendere,

quæ & ſi aliquid videantur, in ſe nihil ſunt. Hoc eſt ...
culorum, ac præſtigio delectari. Quid in his labora...
co felicitati non conferunt, ſed nec miſeriæ detrah...
neque contrario abſentes. Et ſi multa equidem hic ...
rabilia ſcripta ſint, non veritati rerum nec vtilitati ...
ſtupori operam dantibus, præcipueque à Magis, ...
bros integros implere (tantum erat otii) potuerunt ...
hac in parte cum Plinio ſecundo conuenit, & ...
quoque non ſine contemptu & riſu generis human...
ſtultam credulitatem vanis opinionibus implicare ...
ſtris ineptiis oblectarent. G. Delector gemmis, qu...
aliquam vim ineſſe. R. Quænam illa ſit audiſti, vt ...
tamen illa eſt mercatorum ac ſcriptorum collata ...
Gratia tantum arte confictis, ſed veſtra etiam aſſe...
que firmatis, quæ multo eſt ſatius vel prudenter ...
gnifice contemnere, quam callere omnia gemmarum ...
tuteſque & vitia. Hic enim à Plinio (cuius multa pl...
ſentio. Ille quidem falſas deprehendi arte ſeu no...
pollicetur, quando inquit etiam luxuriam aduerſu...
niri decet. Mea vero ſententia non munienda neque ...
ria eſt. Sed inermis & ſola circulatorum inter arma...
dā, vt circumuenta ſæpius & illuſa, quando aliter non ...
damnis & fraudibus caſtigetur.

*De gemmarum poculis* DIAL. XXXVIII.

GAV.

Iuuat gemmis bibere. R. Cauari gemmas ad poc...
tus eſt, non virum modo rem fragilem, ac prote...
mundiſſimamque deſpiciens, ſed argentum, ...
humanæ olim cupiditatis vltimam metam. Inue...
quo auaritiam luxus excederet. Non ſi ſat digna ...
hoc Poeta dum diceret: *Hic petit excidiis vrbem, ...
tes*. Malum ingens nec iuſtitiæ tantum, ſed humani...
vt ſcitis vnde ortum, addidit, *Vt gemma bibat*. En ...
rorum cauſa, vt cum calix argenteus diuino cultui ...
us humano vſui parum ſit, niſi precium facientes ...
etiam peregrino artificio excauentur, quibus bibe...
cio, & polluta mendaciis atque ſpurcitiis labra ...
res & potui incommoda, voluptate interpellante ...
operoſa, & cuſtodiæ difficilis, & ſaluti anceps & ...
Verum namque eſt illud alterius Poetæ, *nulla ...
ctilibus. Tunc illa time cum pocula ſumes gemmata*. ...
bere glorioſum reor. R. Superbia dum ſe attollit nec ...
gitat nec ruinam, cave libentius bibitis quam ſic ...
quam lapide. Sic vitia vitiis vincuntur, & gulam ...
ſollicitat vini ſapor quam inſolentiam ſcyphi color. ...
ad gemmarum radios, hunc ſtuporem nullo non ...
dum arbitramini, non tantum pecuniæ, ſed virtutis ...
ille Virgilianus euerſor patriæ hoc ipſo de quo loqu...
mam quærit, iuſtitia, ſcil. & pietate, properans ...
dipiſci, & vt gema bibat ciuem atq; hominem obli...
ter gemmatis vtor poculis. R. Eſt fortaſſe alia deſid...
radix, neque ſolus fulgor allicit, ſed aliqua latens ...
omnes gemmarum vires atque virtutes explicet? ...
um, quæ de his dicuntur aut ſcribuntur pars ſeptim...
nec ſeptuageſima vera eſt, neque profecto centeſima ...
Plinius ait) Nulla fraus vitæ lucroſior: quis miretur, ...
roſior? Non quod gemmarum quam rerum cæterarum ...
contractus, quippe quas raritas precioſas facit, ſed ...
rarior eſt veritas, neq; enim alicubi, vel experiendi ...
maior licentia mentiendi, vel mendacii fructus vbe...
dentia liberior, vel conſuetudo frequentior. Quod ...
mnibus verum prorſus eſt, an illud forſitan verum ...
gorum authoritas & ſuper illam fundata vulgi habet ...
tati reſiſtere Amethyſtus? Parum ne igitur cauſæ ſit, ...
poculis hæc gemma deſeruiat? Ludo tecum. Sæpe ...
Nempe vt hoc vni tribunt, quid aliæ metuere? niſi ...
tis ingenium fuit, vt cum guſtu bibentis delectetur ...
illinc ſenſib. delinitis ambitioſior lætiorq; fit ebrietas ...
lor) & verior rei huius & certior cauſa, cum in reliq...
ipſa quæ aduerſus ebrietatem quaſi belli dux eligi...
umphare ſobrietas ſola poteſt vti vino modico ...
toris optimi ſententiam eoq; ipſo nō ad voluptatē ...
ſtomachi ægritudines depellendas, vino inquam ...
lymphiſq; perdomito: Meri autem potentis incendi...
tum, ſeu fuga euadere, ſeu aquarum diluuio ex...
re. Scire & meminiſſe in vino magno, ac ſer...
bro & nimio, multam pudoris ac doloris pœnitent...
ineſſe, eam quocunq; te verteris oculis integri, ne...
næ mentis poſſe diſſimulari. Hæc ſunt arma con...
lud vtilia. Quis hic Amethyſto, ſeu gemmis om...
cus? Mentiti ſunt id Magi, fueruntque qui crederent ...
re ſobrietatis, intrepidi biberent. Perfide quidem Ma...
pudenter vt plurima, ſtulte credulum vulgus vt om...
igitur rerum eſt, nihil aliud vobis hanc, reliquaſque ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…voluptas difficultatibus excita & incenſa, ſed multo maxime ſuperbia & conditionis obliuio timorq; animi letifer, quo cum nil ſit hominum vitæ, miror quid ita nil gratius. Non dico virtus ſummum ingens veſtro vili iudico ſed nec vita ipſa, nec ſalus, nec ſecuritas, non opes, non deniq; voluptates iiſdem vobis exiſtimatoribus ſummum bonum. Cuncta hæc vni ceſſere ſuperbiæ. Hæc præ cætera vos gemmarum cupidos fecit, quæ ſemper inutiles, ſæpe noxiæ ſunt, neceſſariæ vero nunquam. Hac hortante igitur effectum eſt, vt occupati ſemper ac trepidi ſed exculti domos, menſas deorum inſtar altarium habeatis aureas atque gemmatas, hominis purpureæ ac vitatæ auaritiæ, luxuriæque, ambitionis atque ſuperbiæ cultus expoſitæ, quæ in vos omnes ac ſingulæ ſæuitiæ proximas ſibi partes (vt dictum eſt.) vindicante ſuperbia. Auaritia quippe quod nomen ſonat vtcunque fortaſſis auro contenta foret: luxuria epulis & voluptatibus ſuis. Sola ſuperbia non quieſcit quamdiu aliquid ſupra ſe videt, vt quæ ab initio rerum par eſſe tentauit. Hæc eadem vos cogit laborioſe gemmas quærere, ſtudioſeque vel nectere vel cauere, vt prodeuntes ſedenteſque in conuiuio, radiantes ac ſtellati cœlo ſemper inuidiæ eſſetis. Hac duce igitur (vt ad rem redeam) in habitaculo, & ſæpe ciboque & potu & rebus omnibus, quæ humanæ neceſſitati iucunditati inuentæ erant, ſpecioſum aliquod fulgidumque malum miſcuiſtis, eoque creſcendo malum prodiit, vt ex gemmis non modo iam pocula, ſed pelues, ac lebetes & mortaria & amphoras conſpicamus. Victrix plande ſuperbia: gemmea pocula requirebas, omne tibi ex eadem materia vaſorum genus tui offerunt miniſtri. Neque iam minus eſt commune gemmam hos in vſus, quam in vſum frugum terram fodere, ſic conſuetudo facta eſt vobis, quæ luxuria maioribus veſtris fuit. G. Cryſtallinis poculis libenter vtor. R. Parco iam gemmis, concreta illas glacies excuſat, nequid plus vitro habens, æque enim frangitur & ſarciri nequit, & quod quæſitu difficilior & vel de longinquo veniens, vel quæ propinqua eſt inter alpium ſcopulos, rupeſque inuias, & algentes ſuper impendentibus eruenda: ob eamque rem carior, veſtraſque cupiditates irritare potentior. Itaque Neronem legis infelici nuntiorum rumore ceu damnis ex omnibus cryſtallinos duos calices, præciſos, grauiſſime doluiſſe, ſeu quod aliter puto verior hiſtoria ſenſus habet, ita feruidum præcipiti & ætati ſuæ infenſum & impendentem, ne quis vnquam ex his biberet, manu propria fregiſſe. En fortunæ durioris expiatio: nil inuentum, in quo grauius iratæ magiſter iracundiam exerceret, in cryſtallum ſæuit, quod tunc ſibi deliciæ cariores. Excuſatio minorum. dicat aliquis Romanum principem, ſed Neronem ſequi nemo bonus, optauerim. G. Cryſtallinis gaudeo. R. Nec attendis quam caduca fragilis materia tua ſit, ſed mos eſt veſter, naturæ propriæ ſimilia exoptare, cum & imbecillitatis veſtræ firmum aliquid cui hæreret, & nobilior pars cœleſtis, altum aliquid quid ſpectaret, & optare, & quærere debuiſſet. Vtrique debilia atque ima quæritis. Bene autem eſt quod murrhina hodie lautitiis exceſſere. Veterum furor in his eadem illa victoria multa vobis intulit, ipſo de quo dixi triumphante Pompeio, in Italia, inque vrbem Romam tranſlatum ex Aſia ſemen inutile, ſed terræ creditum præfertili colonisque impigris, itaque in breui auctum vſque adeo, vt murrhini calicis pretium ſeptuaginta videas talenta, caliciſque illius ab amatore quodam cupide cõuulſum dentibus labrum, & miri amoris meliorem exitum, vt citratrix illa nobilitans vaſculum, & famæ & precii eſſet argumentum, Non igitur hac in parte luxuria, ſed cedit his ætati, neque ſuperbia minor eſt veſtra quam maiorum: Sed vtriuſque ſubducta materia eſt murrhinis non ſolum vetuſtate deficientibus, ſed ignotis pro quibus noua luxuriæ ſpecies ſucceſſit. Auellanæ radix ad pocula generoſum lignum, ipſumque auri crinibus honeſtandum, furor nunc præcipuus Galliarum. Inuenti hos in vſus nuper arbores aliæ peregrinis nominibus adornatis, aliis atque aliis, ſed eadem vanitate, venientque nec permutatum modus, donec veſtris poculis murrhinorum fortuna viſa ſit. In vno plane fateor auorum ceſſiſtis inſaniæ: illi ſuccinos nullo vſu, ſola ſed habendi libidine mirabantur, inter delicias numerabant. Vnde & Nero ipſe non principum ſed hominum ſæuiſſimus male dilectæ & peius occiſæ coniugis flauos crines hoc ſub nomine ceu titulum meditatus eximiæ adoptaſſe legitur carmine edito. Fuit namque (quod ſtupeas) id ingenii amicum muſis, in quo illos quod aurei viderentur ſuccinos ſuos dixit. O feroces atque infauſtæ blanditiæ: decorum & laudatum caput calce impia ad inferos detrudendum. Vos ſuccinos & habetis & ſpernitis, aut certe modeſtius colitis parciuſque æſtimatis.

*De Gemmarum ſignis.* DIAL. XXXIX.

GAV.

…ſignis gemma expreſſis mulceor. R. Acceſſit (non inficior) ad naturæ decus quidam artis ornatus, & minutos in vultus, inque rerum vſum gemmas ſculpi. Subtiliora quidem inter ingenii numeratum, vbi & Amethyſtus inter lapides vel impreſſioni …, vel ſucceſſu propter (vt perhibent) & inter artifices primum ſibi Pyrgoteles ſumpſit nomen, eo quod vnus è cunctis ſui generis idoneus Alexandro viſus eſt ſculpendæ ſui oris imagini, qua poſtmodum diuus Auguſtus vſus eſt, cum gemma illa qua erat vti ſolitus in iocos hominum abiiſſet, vt ſphinx ænigmatica diceretur, ita vt præter exactionum difficultates, ipſa quoque ſigni perplexitas verecundiſſimo principi parere videretur inuidiam. Huic proximus vel ingenio, vel ætate Apollonides fuit & Eronius, poſt hos magni nominis in hac arte Dioſcorides fuit, cuius cum opes exprimeret, nomen ſiluiſſe Plinium miror. Hic eſt enim qui ipſius diui Auguſti ſculpſit effigiem, qua ad extremum & ipſe dum vixit, & poſt eum multi principum vſi ſunt, ea vel Cæſarei oris veneratio, vel admiratio fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habito ſermone, quas ſeu natura integras ſolidaſq; voluptatibus veſtris exhibet, ſeu ars cauat, quæro ex te quanto amplius delectare animum deberet ſine precio aut labore parabilis ſplendor æthereus? Imo ne is quidem, ſed qui huius & illius fons ac principium lucis eſt? Rutili Carbunculi, virides Smaragdi, ſereni Sapphiri, candidæ Margaritæ ſic alliciunt: nec ſolis fulgor, aut ſyderum, nec terræ viror aut arborum, nec ſerenitas, nec candor nitidus tangit Auroræ. Stupetis facies manu hominum gemmis inſculptas, nec artificis ſtupetis ingenium, imo vero neque illum veneramini, totque tam claris ad verum viis agnoſcitis, qui gemmas ipſas quique ingenium, qui manus, quique oculos fecit, quibus hæc cernerentur atque intelligerentur, & fierent. O ſemper vilium miratores rerum: ſemperque nobilium contemptores.

---

# Genealogia.

¶ DEFINITIO.

GENEALOGIA eſt generationis ſeries Componiturque ἐκ τῆς γενεᾶς, id eſt generatione, & λόγου ſermone.

Hebr. *Lachas*: *Nehem.7.5.* à verbo *Iachas*, Recenſuit ſe per genealogiam, cenſuit familiam ſuam, numerauit ſe per originem generationis & proſapiæ.

¶ LOCI BIBLICI.

Genealogia, γενεαλογία: Genealogiæ non magnopere curandæ, 1.*Tim.*1.4.*Tit.*3.9.

Generatio, Græcis, γένησις & γενεά, pro hiſtorica rerum narratione, *Gen* 6.9.& 25.19.& 32.2. & ſic accipi debere hoc vocabulum manifeſtum eſt, quia hic titulus generatim ad totam hiſtoriam accommodatur, quæ poſtea ſubiungitur, vt ſit ſenſus: Hæc ſunt quæ acciderunt Noe, Iſaaco, &c. pro primo ortu & origine, *Gen.*2,4.pro generis ſupputatione & genealogia, 10.1.& 25.12.& 36.1.*Ruth.* 4.18. pro vnius ſeculi, ſeu ætatis hominibus.*Gen.* 15.16. *Hebr.* 3.10.id eſt, progenie vnius ætatis.*Matth.*11.16.& 23.36.pro ætate, 24.40.pro natiuitate, *Matth.*1.18.Generatio ſpiritualis, *Ioan.*1.13.1.*Cor.*4.15.

Generandi vim indidit Deus omnibus quæ ſuper terram ſunt. *Gen.*1.11.& 5.v.1.7.

Generatio, pro duratione perpetua, *Eſai.*53.8.*Act.*8.35.pro cognatione, *Gen.*31.3.pro genitura, *Ezech.*16.3.1.*Tim.*2,15.pro gente & natione, *Matth.*12.39.&c. *Act.*2.40.*Hebr.*3.10.pro genere. *Luc.*16.8. *Hebr.*7.6.Generatio Dei, ſeu qui genitus eſt ex Deo, 1.*Ioan.*5.18.

---

# Generoſus, Generoſitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

GEneroſus Græci εὐγενής έος, ὁ, ἡ, ita differt à nobili, quod nobile eſt, id quod ex bono prodiit genere: Generoſum, quod non à ſui natura degenerauit. *ſe. Ariſt.l.*1.*de Anim.*

Generoſus eſt præclaro genere natus, vnde generoſitas, hoc eſt, nobilitas, & generoſe, nobiliter.

Viri nobiles & generoſi vocantur ab Hebræis *Benè Chorim*, i. heroum filii. A voce Hebræa fluunt Græca & Latini ἥρωες & heroes. *Chorim* vero, heroes, illuſtres viri, nobiles, togati, ſeu toga candida vtentes, viri vultu ingenuo, illuſtri, candido ſiue heroico conſpicui, herus, dominus. In plurali numero hæc vox *Chorim* occurrit, non in ſingulari. A fortibus enim & heroibus alii heroes generantur. Columba parit aquilam.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Generoſitas ſita eſt in generis virtute, ne à natura deſciſcat. *Ariſt. Rhet.*2.

Generoſum eſt, quod à ſua natura non degenerat. *Idem hiſt. Animal.cap.*1.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN